Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

semiterni habet sacerdotii. Unde et saluare in perpetuo potest accedentes per semetipsum ad deum: semper uiuens ad interpellandum pro eis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus. innocens. impollutus. segregatus a peccatoribus. et excelsior celis factus: qui non habet cotidie necessitate queadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. dns nr iesus xpc. Sp. Matthm.

Illo tp. Dixit ihesus dis. s. parabolam hanc. Homo quidam peregre profiscens: uocauit seruos suos. et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta: alii autem duo: alii uero unum: unicuique secundum propriam uirtutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis. et lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat: abiens fodit in terram. et abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero tempus uenit dns seruorum illorum: et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat: obtulit alia quinque talenta dicens. Dne: quinque talenta mihi tradidisti: ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. Intra in gaudium dmini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat. et ait. Dne: duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge bone serue et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. Intra in gaudium dmini tui. Vni sabb. q̃ n̄ fuit ecc. S. Luca

Illo tp. Dixit ihesus dis. s. Nemo lucernam accendit. et in abscondito ponit. neque sub modio. sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen uideant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum luminosum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Unde ergo: ne lumen quod in te est tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit. non habens aliquam partem tenebrarum: erit luminosum tam-